



# BOLETÍN DEL CLERO

DEL

## OBISPADO DE LEÓN.

Con motivo de la carta que nuestro Santísimo Padre León XIII se dignó escribir al Emmo. Señor Cardenal Arzobispo de París; carta llena de admirable doctrina, en la que se señala el gran mal de la época en que á las veces incurren, quizá sin notarlo, los mismos que aman la verdad, el Episcopado del orbe católico, como movido por un divino resorte, se apresuró á escribir al Sumo Pontífice, adhiriéndose plenísimamente al contenido de su magnífica carta, y reprobando la falta de completa sumisión y obediencia al principio de autoridad, y la libertad en censurar más ó menos directamente la conducta de los Pastores sagrados que, fieles siempre y en todo á los principios inmutables, los acomodan en la práctica á lo que Dios y su conciencia les dictan como más conveniente al bien de las almas según las circunstancias.

El Padre Santo há recibido grandísimo consuelo con estos plácemes y adhesiones unánimes del Episcopado católico, y por su orden se há publicado en Roma un grueso volúmen que contiene por Naciones y por provincias eclesiásticas todos estos documentos episcopales. Entre ellos está el de los Prelados de esta provincia eclesiástica de Búrgos, el cual se publica á continuación por orden del M. I. Sr. Vicario Capitulár; y dice así:

BEATISSIME PATER.

Infrascripti Praesules ecclesiasticae provinciae Burgensis, in Hispania, munus non explere existimarent, nisi denuo testimonium perhiberent infrangibilis adhaesionis amorisque filialis erga Tuam Sanctitatem; praeclarae etenim indolis filii nec possunt esse patris dolorum expertes, nec ipsius beneficiorum immemores.

Speciosae Litterae, quibus honorem praestitisti eminentissimo D. Cardinali Archiepiscopo Parisiensi, luculenter exprimunt quo præmeris dolore, simulque gratitudinem nostram repetunt.

Tecum patimur, Sanctissime Pater, dolentes de contentionibus catholicos dissociantibus, spiritumque unitatis, fiduciae et submissionis, qualis decet filios erga paternam auctoritatem eos regentem, dissolventibus; eoque magis patimur, quo ex nostra Hispania, ex ipsis fortasse dioecesibus sollicitudini nostrae commissis, non parum amaritudinis cordi Tuo provenerit. Non desunt enim hinc nonnulli inter catholicos qui, plus quam par est luctuosis hisce temporibus cedentes, aegre sufferunt conditionem subditorum, et aliquatenus participes fieri volunt Ecclesiae regiminis, vel saltem licere sibi existimant perpendere et iudicio suo stare super Auctoritatis resolutionibus. Nec desiderantur scriptores qui, dum gloriantur de catholica religione profitenda et pro suis viribus propugnanda, non animadvertunt ab ipsis longe abesse docilitatis et submissionis spiritum, quo catholicis cunctis opus est, ac propterea se efficaci auxilio esse malorum diffusioni quae a nobis deplorantur. Non dignoscunt, practice saltem, quod, cum de rebus religiosis agitur, nihil aliud sibi reliquum est, sicuti ceteris fidelibus, quam ex toto intellectu et ex tota voluntate suis Episcopis et Summo Pontifici obsequi, ipsorum institutionibus assentiri, easque diffundere, et decisiones venerandas et exsequendas curare. E contra verò iudices et magistros fieri gestiunt: et si non manifeste Praesulibus ob-sistunt, eos indirecte deprimunt; dum enim studiosos se exhibent auctoritatis supremæ et Apostolicæ Sedis prærogativarum, Episcoporum privilegia et potestatem prætermittunt, quae illi intime cohaerent; vel si laudibus quempiam efferunt Episcopum, proprium Pastorem non reverentur, nec huius auctoritatem magni pendunt, eiusque actiones et mentem in malam accipiunt partem, quin Pontificis Summi iudicium præstolentur.

Non difficile captu est, Sanctissime Pater, omnia haec gravissimis aerumnis Te afficere: sed in nobisne fuit offecisse quominus res eo usque impudentiae processerint? Absit a nobis: nequimus adduci ut credamus. Verum quidem est nos siluisse; sic vero egimus quia, rebus etiam atque etiam perspectis, animo praesentiebamus nostra consilia secundis auribus non esse accipienda, et omnimodo in sua quemque studia esse discessurum. Filios morbo laborantes moeste videbamus, ipsorumque sanationem amore vere paterno exoptabamus; nondum autem maturum existimabamus tempus apponendae medicinae, quae, vigente febris ardore, in eorum damnum posset converti.

Quamvis vero conticuimus, non obmutuerunt corda nostra;



assidue etenim preces ad Deum effundebamus, visum pro non habentibus oculos efflagitantes, et charitatem pro omnibus; simulque inhiabamus ut quantocius e veritatis Cathedra fulgida lux egrederetur, quae fusca nubila dissolveret.

Ita quidem feliciter evenit. Litterae siquidem Sanctitatis Tuae fulgores peroptatae lucis irradiant, et nemo iam, nisi ultro coecitate sese implicet, dignoscere potest Pastoribus tantum collatam esse potestatem docendi, iudicandi et regendi; fideles vero teneri eorum vestigiis insistere, partes sequi et tueri, superioribus acquiescere resolutionibus, et permittere sese ab eis dirigi, corrigi, et in optatum salutis portum invehi. Neminem iam latere potest, sicuti unam Ecclesiam et unum Pastorem, sic etiam unum esse regimen, cui omnes se subicere tenentur: quod non obtinebitur quidem, nisi catholici veneratione et reverentia prosequantur Praepositos, quos acceperunt, in eisque fiduciam reponant, nisi que amoris et submissionis vinculum servetur, quod fideles, tamquam castrorum aciem bene ordinatam, cum Pastoribus coniungit, et hos et illos cum Pastore supremo. Nemo deinceps revera catholicus, qui Sanctitatis Tuae Litteras perlegerit, poterit in spiritu et corde non se subdere splendidis veritatibus, quas in eis, prout sapientissimum decet magistrum, opulenter enucleas.

Nos, Sanctissime Pater, avemus in firmis petris annumerari fundamenti, super quod Iesus Christus Ecclesiam aedificavit, et arcto indissolubilique nexu adhaerere lapidi angulari divinitus solidato, nihilque praeter Dei gloriam et animarum salutem quaerentes, tamquam nostram Tuam causam suscipiemus, enixeque finem persequemur, quem obtinere Tibi proposueris; non enim nos fugit, Te unicum esse Iudicem, qui praefinire potest agendi rationem iuxta tempora et circumstantias; quem propterea singularibus donis locupletavit Deus: et optime noscitis praeterea necessitates et conditiones totius catholicitatis, ut iuxta easdem, salvis essentialibus Apostolici ministerii officiis, pro sapientia Tua Ecclesiam gubernes.

Sic, adhaerentibus Episcopis Romae Pontifici, et fidelibus sese committentibus Episcoporum sollicitudini, servabitur, prout desiderat Apostolus, *unitas spiritus in vinculo pacis*.

Deum ferventer deprecamur, ut hoc exoptatum bonum nobis largiri dignetur, simulque, consulens Ecclesiae splendori, sartam tectam servare Sanctitatis Tuae vitam; ad Cuius pedes humiliter provoluti, nobis, clero et fidelibus nostrae sollicitudini commissis, universaeque nostrae charae Hispaniae, Tuam benedictionem Apostolicam supplices imploramus.

In hac provincia ecclesiastica Burgensi, die 31 iulii, sancti Ignatii de Loyola, christianae obedientiae insigni magistro, sacro: ann. 1885.

Sanctitatis Vestrae,

Humillimi et devotissimi filii

- † SATVRNINVS, *Archiepiscopus Burgensis;*
- † IOANNES, *Episcopus Palentinus;*
- † MARIANVS, *Episcopus Victoriensis;*
- † ANTONIVS MARIA, *Episcopus Calagurritanus;*
- † VINCENTIVS IACOBVS, *Episcopus Santanderiensis;*
- CAIETANVS SENTIS, *Vicarius Capitularis Legionensis.*

---

COLLATIONES MORALES PRO MENSE FEBRUARII.

---

1.<sup>a</sup>

Quæ personæ præceptis obligentur. An ad leges obligentur ebrii, infideles ac ignorantes. An legislator teneatur ad legem. Quando pueri teneantur ad leges ecclesiasticas.

Ladislaus puer, septimo ætatis suæ anno non adimpleto, carnem diebus jejunii sumit, eamque cum piscibus sæpe miscet, matre sua consentiente, immo et suadente, quamvis puer sit jam valde expertus. Alias missam diebus festivis non audit, nec tempore opportuno peccata sua, si quæ sunt, confitetur. Quid dicendum de puero ejusque matre?

*Quæstio liturgica.*

Alta an summissa voce pronuntianda sunt verba *Si non est baptizatus*, cum baptismus confertur sub conditione?

2.<sup>a</sup>

An peregrini teneantur legibus sui domicilii, dum ab eo absunt. An teneantur legibus ubi sunt. An teneantur legibus patriæ. An possint dispensari ab Episcopo loci in legibus, et in votis.

Valentinus, civis legionensis, ad Zamoram, ex itinere de fatigatus, die quinta octobris, hora nona matutina, pervenit. Hac in die Missam non audit dicens: mihi non obligat præceptum patriæ ubi non sum; nec festum Diœcesis Zamorensis mihi incumbit, cum subditus ejusdem Episcopi non sim. Ratione hac innixus a Missæ auditione se abstinet. Rectene se gessit Valentinus?

*Quæstio liturgica.*

Ubi et quomodo facienda est in baptismo unctio chrismatis?

3.<sup>a</sup>

An præcepta debeant impleri ex charitate. An ad impletionem præceptorum requiratur intentio iis satisfaciendi. An satisfaciat præcepto, qui faciens opus expresse intendit per illud non satisfacere.

Ricardus, vir magnopere pius, consuetudinem audiendi duas Missas die dominica habet: primam devotionis causa, secundam vero ad implendum præceptum. Valde quodam die festo distractus, vel negligentia pressus sacrum secundum omisit. Peccavitne Ricardus?

*Quæstio liturgica.*

Vestis baptizato imponenda, cujus coloris et formæ esse debet?

4.<sup>a</sup>

An duplici præcepto uno actu, vel diversis actibus eodem tempore satisfieri possit. An qui uno actu violat plura præcepta, committat plura peccata.

Fridericus graves inimicitias habens cum Proclo sacerdote, hunc Missam solemnem in Ecclesia celebrantem occidit, sanguinem pretiosum, populo stupente, in terram effudit, calicem frangit, ejusque materiam aufert. Quot peccata commisit Fridericus?

*Quæstio liturgica.*

A quo accendenda, cui verò tradenda est candela in baptismo?

---

*Cual sea el concepto de la Autoridad que tienen los señores Curas Párrocos.*

---

Del *Boletín Eclesiástico* de las Palmas tomamos el siguiente documento, que creemos hán de leer con interés los Sres. Curas Párrocos.

«*Circular núm. 4.*—Las Santas Escrituras del Antiguo y Nuevo Testamento abundan en testimonios que acreditan el respeto profundo y veneración religiosa en que deben ser tenidos los Ministros del Santuario.

Los sagrados Cánones exigen este respeto y veneración, y sancionan penas especiales contra los fieles que no guardan para con los Sacerdotes y demás Ministros eclesiásticos las consideraciones que son debidas á la representación altísima que ostentan, á las funciones sagradas que desempeñan y al carácter indeleble que les comunican los sagrados órdenes, y con el cual se distinguen de los demás fieles.

La distinción entre los sagrados Ministros y los legos no es de derecho humano, ni puramente externa: es de derecho divino, y afecta á lo interior del hombre de una manera necesaria, dada la virtud y eficacia que Dios en su infinito poder y misericordia há querido comunicar y há comunicado al Sacramento del orden para el bien de la humanidad por medio de la abolición del pecado y la redención de los pecadores.

Bajo este punto de vista, que es el punto de vista cristiano, el desconocer ó negar el respeto que se debe á los sagrados Ministros y confundirlos con los legos es no sólo un error, sino una verdadera herejía.

Entre los sagrados Ministros ocupan un lugar de preferencia y de distinción aquellos que están encargados de la cura de almas. Los Párrocos representan en sus parroquias la autoridad del Obispo, administran todos los Sacramentos, menos el de la Confirmación y el del Orden, predicán la divina palabra, auxilián á los moribundos y ejercen todas las funciones eclesiásticas con las cuales las almas se santifican, se ilustran los pueblos con la ilustración verdadera, se corrigen los vicios y se purifican las costumbres.

De aquí que la Iglesia y el Estado, de consuno, los hayan rodeado siempre de consideraciones y respetos especiales. Nuestras antiguas y verdaderas leyes los hán distinguido con prerrogativas, inherentes de una manera necesaria á la dignidad de sus oficios y á la sublimidad de sus cargos. Las gentes cristianas los nombraron siempre y los nombran hoy con el dulce y respetable nombre de *Padre*; y Padres son, en efecto, con una paternidad más excelente que la paternidad natural, porque los Párrocos son Padres de almas. Son los procuradores y Ministros de Dios, y de quienes Dios se vale para la generación espiritual y cristiana de los hombres en el orden de la gracia. Ellos también, como los padres naturales con sus hijos, alimentan las almas de sus fieles, las nutren, las conservan y robustecen con el pan de la doctrina, con la eficacia de los Sacramentos y con los estímulos de santos y devotos ejercicios.

Aun en estos tiempos de igualdad subversiva y anárquica, de esa igualdad que contradice á la razón y á la naturaleza, los Párrocos son considerados, aun por las leyes civiles, no como la generalidad de los ciudadanos, sino como verdaderos funcionarios públicos, con legítima y verdadera autoridad en el ejercicio legítimo de sus oficios parroquiales.

El Supremo Tribunal de Justicia, en una sentencia definitiva de 6 de Julio de 1881, declara de un modo explícito y terminante, que los Curas párrocos son *funcionarios públicos constituidos en autoridad*. Esto es lógico, natural y corriente en los pueblos cristianos, en los que además es la Religión católica la religión del Estado.

Bajo este concepto, los señores Curas deben considerarse como autoridad, no ya sólo por los que profesan el Catolicismo, sino también por aquellos que habiendo renegado de él, viven en España, y están sometidos á las leyes del Estado español.

Consideramos oportuno hacer estas declaraciones, porque no siempre ni por todos se tienen en cuenta los preceptos de la

ley civil sobre esta materia. Creen algunos que proclamada la libertad de cultos y la ley de desafuero, la Iglesia há dejado de tener autoridad reconocida por la ley civil.

Esto es un error, que es preciso desvanecer. Ni la libertad religiosa, ni el desafuero de los eclesiásticos, con ser tan perjudiciales y tan injustificados á los ojos de la Iglesia, hán llegado al extremo de injustificación y perjuicio de negar á la Iglesia, á los Tribunales eclesiásticos, ni á los Párrocos su carácter público y su consideración de autoridad.

Conviene mucho que nuestro amado Clero parroquial tenga muy presentes estas consideraciones en sus relaciones con los feligreses de su parroquia y con las autoridades locales, á las que no deben sólo respetar, sino también inculcar en todos que las respeten según las leyes de Dios. Más al lado de estos respetos, á que ellos están obligados, están los respetos que á ellos son debidos por los particulares y por los que ejercen autoridad.

La consideración de *autoridad*, que justísimamente reconocen las disposiciones civiles en los Curas párrocos, es de mucha trascendencia y de aplicación práctica á muchos actos y á muchas situaciones de la vida parroquial. Todas las leyes que contienen disposiciones especiales cuando se trata de autoridad en general, son aplicables á la que ejercen los señores Curas párrocos.

Cuando hacen denuncias á los funcionarios del orden judicial y administrativo, por los agravios que reciben en sus personas, como Párrocos; por los escarnios contra el dogma, los Sacramentos y las ceremonias del culto católico y otras cosas semejantes, tienen el carácter, no de denunciadores privados, sino el de la autoridad.

Si fueren calumniados ó injuriados tienen derecho á ser defendidos en los Tribunales de justicia por el Ministerio fiscal, por hallarse comprendidos en el art. 482 del Código penal vigente y otros del mismo Código, sin que ellos tengan necesidad de mostrarse parte, como los particulares, en las causas criminales promovidas contra los que les injurian y calumnian.

Esperamos de todos nuestros Párrocos que harán uso de la consideración que les atribuyen las disposiciones civiles en utilidad del honor y del decoro que debe resplandecer siempre en los Ministros de Dios, y en provecho de sus Iglesias y de sus feligreses.

Todo lo que atribuye importancia y comunica independencia á los Párrocos, realza sus oficios y cede, no en utilidad personal de los mismos Párrocos, sino en bien de las almas, extirpación del vicio y del error, y utilidad común.

Esperamos de todos nuestros amados diocesanos, lo mismo los particulares que los que se hallan constituidos en autoridad,

que cuidarán de guardar á nuestros Párrocos y de que se les guarden el respeto y consideración debidos, según los divinos preceptos, y que no sólo no se les ofenda, sino que no se les haga cosa alguna que pueda causarles desdoro ó menosprecio, todo en conformidad á lo terminantemente mandado, respecto á todos los sagrados Ministros en general, en el art. 3.º de la ley de 17 de Octubre de 1885.

Las Palmas y Abril 23 de 1885.—† *El Obispo de Canarias*».

## PROPAGACIÓN DE LA FÉ.

Han llegado los Anales correspondientes al mes actual, por lo que se avisa á los Sres. Arciprestes, Párrocos ó Colectores para que los recojan según costumbre. Cid 4, 2.º

Se ruega á los Sres. Colectores que aun no hubieran remitido al Sr. Tesorero el importe de sus decenas, lo remesen á la mayor brevedad en efectivo ó en libranzas del giro mutuo.

Para satisfacción de todos los asociados á la Obra, esta Junta diocesana tiene el gusto de participarles que en fin de Diciembre remitió á la Central las limosnas recaudadas hasta la fecha, importantes 2.275 pesetas. Dicha Junta al mismo tiempo que dá las gracias á esta por sus gestiones, participa ascender á 53.000 pesetas lo colectado en toda España, en esta forma: Diócesis de Madrid 14.032 pesetas. Burgos 11.000. Avila 5.000. Vitoria 4.350. Sevilla 2.803. Toledo 2.393. León 2.275. Granada 1.675. Almería 1.259. Badajóz 1.191. Salamanca 1.000. Plasencia 1.000. Jerez de la Frontera 900. Ciudad-Real 650. De otras varias 509. Remitido de Monterey (Méjico) 3.000. Dichas sumas fueron entregadas al Nuncio de S. S. el día 11 del actual.

Rogamos á los Sres Colectores que allí donde la escasez de recursos no permita reunir diez suscritores que puedan pagar las 26 pesetas anuales que dan derecho á recibir gratis un ejemplar de los Anales, se reúnan en mayor número á fin de poder disfrutar esa ventaja, pagando cuotas inferiores á 5 céntimos semanales cada socio, pero completando entre todos las 26 pesetas anuales.

## DISPENSAS.

Han llegado de Roma las Dispensas matrimoniales de la lista 12, que comprende las embanca- das hasta el día 23 de Diciembre último, menos la marcada con el núm. 9.